remedia prorsus dubio conferunt. ad ea de
quibus prime partis sex libris disseritur. Sug-
gestiones quippe dyaboli ad peccatum nos instigant
gratia dei contra suggestiones dyaboli remedium
potissimum bonum omne in nobis preveniens ad
penitentiam inflammat. Quia peccatum
detegens ad id delendum remedium est suffi-
ciens et sive peccatum cogitatione locutione
et opere (facto) perpetratur ita et penitentia
cordis compunctione oris confessione
et elemosinarum elargitione perficitur
Per peccati autem delectationem
ad vitia spiritualia labimur. per peni-
tentie vero (spalia) exercitionem adversitates ele-
vamur [Que] virtus contraria ad eandem
congruentia prestant. Divites autem
[et] ambitioni sue satisfaciant divitiis
se plerumque irreverenter immergunt
et contemptis celestibus solum terrenis
incumbentes. augendis caducis
et multiplicandis pecuniis inhiant.
Contra vero isti virtutum meritis celestibus
pollati. caduca respuentes. et celestia
meditantes multiplicande pecunie diu
sollerter invigilant ut in pauperis fideles